

Jacobi Alvarez de Paz Opera

De Exterminatione Mali, Et Promotioне boni - Libri quinque

Álvarez de Paz, Jacobo

Lvgdvni, 1613

Peccata venialia fugienda esse propter mala, ad quæ disponunt. Cap. 10.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77843](#)

seria, & imbecillitate manantia, quotidie magis ac magis adhibita diligentia diminuant.

Peccata venialia fugienda esse propter mala, ad quae disponunt.

C A P V T X.

MULTA sunt, quæ virorum spiritualium mentes ad magnum timorem istorum peccatorum leuum, & ad eorum fugam ac detestationem impellunt, quæ omnia breuitate & lucis gratia, ad tria solum capita referimus. Illud autem primum sit, quantis malis ista peccata leua ianuam aperiant. Quod sanè natura ipsa peccati venialis perspecta, & considerata, satis evidenter ostendet. Est enim peccatum veniale, si attentè ipsum inspicimus, non quidem mors animæ, quod tantum criminis seu peccato lethali competit, sed est aduersa valetudo, & infirmitas animæ, quæ & ipsam animam fecerat, atque deformat, & à debita dispositione bene & feruide operari ditiungit. Quod & Bernardus manifestè docet, dum illud sancti Bernardi de omnibus his liberabit eos Dominus; & animæ cogitationem cuti, affectionem carni, & intentionem omnibus comparans, leuiora peccata tribulatio- nes putat esse iustorum, & plagiæ ac vulneribus designari. Quæ sunt, inquit, tribulaciones iustorum, nisi quod interdum decoloratur cutis, cum videlicet inutilis cogitatio in corde versatur? Nonnunquam vero etiam caro vulneratur, quando scilicet ad hoc visque cogitatio perniciosa procedit, ut detestatio ne corrumpatur affectio. Nam ossa quidem iustorum omnino integra, atque illæsa custodiuntur a Domino, ut nunquam frangatur propositum cordis eorum, nunquam salubris intentio conteratur, ut videlicet concupiscentia titillati etiam detur affensus. Optime quidem leue peccatum animæ vulnus, atque ægritudo appellatum est: nam si ægritudo corporis, naturam corporis turbat, & ab optimo statu dimouet; eodem modo veniale peccatum naturam nostram mentis misceret, & ab ea, quæ Deus contemplandus est, tranquillitatem diuellit. Vnde idem Bernardus ait: Sicut corporis natura est sanitas, ita cordis natura est puritas: quia turbato oculo, non videbitur Deus: & cor humanum ad hoc factum est, ut suum videat Creatorem. Si vero sanitati corporis sollicita est prouidientia custodia; puritati cordis tanto solicitor est impendenda, quanto pars ista dignior illa esse conuinicit. Quid est, corporis natura est sanitas, & cordis natura est puritas? Nisi quod haec secundum naturam sunt, infirmitas vero & impuritas aduersa naturæ, quorum illa corpus, ista vero cor ipsum inquietat, ut probè suas actiones praestare non possint? De huiusmodi impuritatibus, aut peccatis minutulis, in Salomone scriptum est: Musæ morientes perdunt suavitatem vnguenti. O quam aptè peccata leuia musæ comparantur, quæ omnia fecerant, omnibus actionibus insident, & ea quoque, quæ in mensa regis apponenda sunt, id est, ad cultum Domini offerenda, miserabili audacia commaculant. Musæ sunt moriturae, quas nempe exterminare debemus, ne ipsæ & internam auferant suavitatem, & nos paulatim à sapientia ad stultitiam traherant, quam ista parua stultitia, si non quo ad substantiam, at quo ad feruorem, extenuant. Ægritudines sunt, ac inualitudines animæ, quæ instar lepræ

Bern. ser.
de cœte
carn. &
officib. a-
n. ma.
Psal. 33.
no. 20.

Bern. ser.
de tripli-
ci genere
bonorum.

Ecclesi-
tomi. 1.

A insigni deformitate omnes eius vires ac sensus inficiunt. Nam & Augustinus ait: Quibus peccatis licet occidi animam non credamus, ita tamen eam velut quibusdam pustulis, & quasi horrenda scabie repleta deformem faciunt, ut eam ad amplexus illius sponsi coelestis, aut vix, aut cum grandi confusione venire permittant.] De leproso hæc in Lenitico scripta sunt: Habet vestimenta disluta, caput nudum, os vestre coniectum, contaminatum, auctoridum se clamabit.] Hæc omnia signa sunt luctus, atq; tristitia; & sanè nos, qui singulis diebus lepram istam de nouo contrahimus, & non nisi paruo tempore illa caremus, vtique deberemus, si non vestimenta exteriora, at corda nostra in cotidiana examinatione vi doloris abrumptæ, caput in signum penitentia confersum humiliatis cinere, omni latitudo corona nudare, os pœ rubore & verecundia ad omnem excusationem nostram opprimere, & nos ipsos planè immundissimos ac fœdissimos confiteri. Contemnamus nos, qui his fere semper ægritudinibus laboramus, quæ oculos mentis obnubilant, aures ad diuinos instinctus audiendos obturant, manus grauant, pedes retardant, & omnem interiorum hominem ad perfectionis opera pigrum redunt.

Sed si venialia peccata animæ ægritudines sunt, iam eluer, quoniam ad mortem, id est, ad peccata grauia & lethalia disponunt. Sicut enim corporalis infirmitas mortem corporis vocat, & si non obtemperem illi, tandem aduehit; ita spiritualis animæ infirmitas, animæ mortem compellat. Ingentem flammat, inquit Gregorius Nazianzenus, per exigua quoque scintilla excitat, & viperæ femei homini sape exitium inuenit. Proinde cura ut leuissimam quoque noxam effugias. Tameris enim ea primo exigua, & minuta sit, postea tamen in ingentem magnitudinem excedit.] Quod ut luce clarissima videamus, scidum est, peccatorum venialium quædam esse grauia ex genere suo, quæ aut materiæ pusillitas, aut defectus plenæ deliberationis in peccata leuia conuerterit, ut si quis furtum vnius oboli faciat, si in re leui, & non multi momenti, de fratre detrahatur, si turpem cogitationem post aliquam negligenter, & ante deliberatum consensum abiiciat: alia vero leuia esse etiam ex proprio genere, quæ etiam magna, & plena delibera- ratio, quæ sunt, semper leuia eare reliquit, & nunquam in gravia peccata commutauit: ut si quis verba otiosa proferat, aut tempus inutiliter terat, aut mendacium officiosum in medium producat. Illa priora ad gravia peccata non multum à longe disponere nemmo videt. De quibus precipue dictum est: Qui spernit modica, paulatim decidet.] Et: Qui amat periculum, in illo peribit.] Quemadmodum enim, ut simili eiusdem Ecclesiastici vitam, Operatus ebriosus non locupletabitur, sed dum hodie bibit, & cras bibit, & sequenti die aliud parum in potum immoderatum insunat, tandem in extremam paupertatem venit: ita qui hodie negligens est in impudica cogitatione rei scienda, cras negligentior erit, & iterum negligentissimus factus, ad conseruum, id est, ad perditionem usque gratias procedet. Quare & sanctus Iob ut hanc rem astruat, Dominum in nobis post vanitatem videre iniquitatem affirmat. Ipse, ait, noui hominum vanitatem, & videns iniquitatem, nonne considerat?] Vanitas lenia peccata defignat, quæ licet malitiam peccati criminalis non habent, tamen inutilia profrus & debito fine carentia persistunt. Ex his facilissimum est ad iniquitatem progressi, & post vanitatem, inuercendiam & procaci- tam admittere. Quod docet Gregorius, eundem locum his verbis expones: Aptè post vanitatem

Aug. ser.
41. de sa-
ditis,
45.

Lenit. 13.

Nazian.
in sente-
tiis. 13.

Ecclesi.
19. n. 1.
Ecclesi. 3.
27.
Ecclesi.
19. 1.

Iob. 11.
11.

Greg. 10.
morm. 9.

protinus

protinus iniquitas subinfertur, quia dum per quædam transitoria ducimur, in quibusdam noxiæ ligamur: cùmque mens incommutabilitatis statum non tenet, & seneat ipsa defluens, ad vitia prorumpit.] Et post pauca: Ex vanitate ad iniquitatem ducimur, cùm priùs per leuiâ delicta deflextimus, ut vñl cuncta levigante, nequaquam post committere etiam grauiora timeamus. Nam dum moderari lingua ociosa verba negligit, more inolite remissio capta, audax ad noxia prorumpit: dum gulæ incumbitur, ad leuitatem protinus infaniam proditur: cùmque mens subigere delectationem carnis tenuit, plerumque & ad perfidia voraginem ruit.] Quis iam non videat ritorum pericula delictorum, qua si paulatim procedant, non iam animam cruentant, sed planè graui facta à possesso vita spiritualis alienant?

Sunt ergo peccata ista leuia sicut pestilentie morbi, quos si diligentissima medicina non comprimat, certissimam & citissimam mortem intentant. Sunt velut cuneus, qui principio modicam rimulam in ligno facit, sed eam faber lignarius id est multiplicando vñque ad scissionem ligni producit. Sunt sicut mucro validè carnem tangens, & pellem abrumptens, quæ statim carnem peruerdat, & corpus omnino perfodiet. Sunt vt ignis stipula admotus, qui nunc tantisper immuratur, & è vestigio eam voracitate suæ virtutis inflamat. Sunt tandem velut erga præcipuum calu, quem continuò ob loci periculum miserabilis præcipatio subsequitur. Ita omnino peccata hæc nisi ea mens statim extutiat, ita eam passionis vinculis illigabunt, & facibus concupiscentiæ succendent, vt breui tempore peccati lethalis flamma consumat. Ex volucrum accupio disce (ait sanctus Ephraem) quæ parua videntur, non ideo contemnenda. Contingit enim vt ausi in laqueum incidens, minima capiatur yngula: & alarum vites franguntur, ac debilitantur ob vnguem vilem, & cùm totum sit corpus extra laqueum, totum tamē retinetur.] Similitudo hæc generi huic peccatorum venialium optimè congruit, quæ primum vngulam, id est, cogitationem, illaqueant, sed nisi quām citissimè homo suam vngulam liberet, & pedes, & manus, & corpus, & mentem peccati laqueus illigabit, & totum hominem in diaboli seruitutem rediget, & manifesti criminis gladio conficiet. David minus cautè alienam vxorem aspexit, & nulla interiecta mora concupiscentiæ manus dedit, & sequenti nocte adulterium perpetravit: & qui in solarium domus sua perfecitus intravit, ob incatum aspectum sceleratus peccator exiuit. Quis non timet hoc leuium peccatorum genus? Qus non vel minimam vindictæ aut impudicitæ cogitationem statim cum magna violentia repellat, quæ mortem animæ machinatur, & omnia bona gratia dilapidare molitur? Celsianus profectò horum peccatorum pericula (illud Proverbiorum secundum translationem septuaginta virorum exponens: Stillicidia efficiunt hominem in die hyemali de domo sua) luculentissima, quam priori volumine retulimus, oratione declarat, & magnos aliquorum casus mentis temponem subsequi, & in defectibus vitandis incuriam, manifestè decernit. Lapsus quispiam, inquit, nequaquam subitanea ruina corruisse credendus est, sed aut prava institutionis deceptus exordio, aut per longam mentis incuriam paulatim virtute animi decadente, & per hoc sensim, vitiis incrementibus, casu miserabiliter concidisse. Ante contritionem enim præcedit iniuria, & ante ruinam mala coagitatio. Quemadmodum domus nunquam subi-

A taneo ad ruinam procumbit impulsu, nisi aut antiquo vitio fundamenti, aut longa inhabitantium defida stillicidis primum parvissimis penetrantibus corrupta sensim fuerint munimenta tectorum, quibus per vertutam negligentiam in maiorem modum patefactis, atque collapsis, riuatim post hæc influit pluviarum imbrumque tempestas.] Non est ergo dubium, hoc genus venialis peccati ad magna mala disponere, & nisi resistatur eis, post paululum gravissimum malum peccati lethalis secum afferre.

At alia peccata, qua ex genere suo leuia sunt, licet non tam præsentaneæ, sed etiam vt viles & infidi internuntij, graui peccato ianuam domus mentis aperiunt. Obnubilant enim animam, ne peccati graui enorimatatem aduertat; eneruant eam ne graui & subiectæ tentationi resistat: deiiciunt illam in modica, vt data occasione ipsa semet ipsam in graue crimen casibus afflcta deiiciat. Qui assuetus est è loco infinito cadere, facilè cadet, & nec esset subiecte positus in loco sublimi: ita qui modicis peccatorum leuium temptationibus vincitur, graui tentatione pulsatus, difficulter à gratia in mentis stabilitate retinetur. Ex his minimis, & verè vilibus, inquit sanctus Dorotheus, ad magna contemnda delabimur. Cùm enim coperit quis dicere: Quid est, si verbulum hoc vnicum locutus fuero? Quid est, si modicum hoc comedero? Quid si in rem hanc intendero? Ex hoc, quid id, quid illud, admittitur mala & amara eïca, & sensim incipit quis, ac pedenterim in maiora ac grauiora prolabi, & sic deinceps per partes prouersi periclitari, atque in perfectam infelicitatem decidit.] Hæc est istius Patris sanè tremenda sententia, quam vñnam non multi euenter comprobassent. Scimus enim aliquos ex verbis otiosis iam quasi ex consuetudine prolati, & sine villa recundia suscepisti, in verba lasciva corruisse, & ex his in cogitationes impuras deuenisse (nam quis timeat ea cogitare, quæ non veretur ore proferre?) ex impuris autem cogitationibus facile est ad impurum transire consensum, & ex consensu ad nefarium opus properare. Ficique homo, cùm sordes istæ, & infirmitates istæ sibi viles escunt, sensim ad maiores maculas timendas tardior, & ad resistendum morti criminis imbecillior. Quare non immerito dixit Chrysostomus: Mirabile quidem, & inauditum dicere audeo. Solet mihi nonnunquam videri non tanto studio magna peccata esse vitanda, quanto parua, & vilia. Illa enim, vt auctemur, ipsa peccati natura efficit: hæc autem, hac ipsa re quia parua sunt, deinde reddit: & dum contemnuntur, non potest ad expulsionem eorum animus generosè insurgere. Vnde citò ex paruis maxima sunt negligientia nostra.] Sapienter dicta sunt hæc, nam ipsa mentis infirmitas, tot minutulis peccatis subiecta, difficulter magna occasione pulsata resistet. Si enim corpus noxiæ humoribus oppletum, & assiduis febribus affectum, & squallore ac inedia imbecillum factum, adueniente aliqua graui ægritudine facile morti cedit; eodem modo anima inure cundè hæc leuia peccata committens, & illis inferius robur extenuans, facile data occasione criminis mortis succumbit. Nonne impius Tryphon lonathæ persuasit vt exercitum copiosum à se dimitteret, quo ducem solum, & sine exercitu inuenientum occidet, & regionem Israëliticam occuparet? Idem prorsus facit diabolus, vt viros iustos libi subiicit. Suader illis, vt opera bona, & studia sancta eos protegentia, depontant, vt ociositati, & teperi se tradant, vt carni suæ in non necessariis indulgeant, vt paruos defectus à virtute & spirituali robore auocantes non me-

oro-
theus do-
ctrin. 3.

Chrysost.
hom. 83.
in Matt.

1. March
12. n. 45

tuant.

Ephr. de
morbis
linguis.

2. Reg. II.

2.

Proverb.
27.

Cassia,
cella. 6
cau. 6

Quemadmodum domus nunquam subi-

E

ctio.

Si enim corpus noxiæ humoribus oppletum, & assiduis febribus affectum, & squallore ac inedia imbecillum factum, adueniente aliqua graui ægritudine facile morti cedit; eodem modo anima inure cundè hæc leuia peccata committens, & illis inferius robur extenuans, facile data occasione criminis mortis succumbit. Nonne impius Tryphon lonathæ persuasit vt exercitum copiosum à se dimitteret, quo ducem solum, & sine exercitu inuenientum occidet, & regionem Israëliticam occuparet? Idem prorsus facit diabolus, vt viros iustos libi subiicit. Suader illis, vt opera bona, & studia sancta eos protegentia, depontant, vt ociositati, & teperi se tradant, vt carni suæ in non necessariis indulgeant, vt paruos defectus à virtute & spirituali robore auocantes non me-

tuant. Inde autem primum est illi magna vi tentationis impulsus, inertes euincere, & imparatos ac suæ salutis oblitos subiugare.

Hinc ortum habuit dictum illud apud Patres commune, Multa levia peccata vnum grande facere, quod si circunpeccata intelligatur, magnam habet veritatem. Sed priusquam eius sensum explicemus, vnum aut alterum ex Patribus id dicentibus audiamus. Augustinus ait: Noli illa contemnere, id est, levia peccata, quia minora sunt, sed time quia plura sunt. Attende, fratres mei, minuta sunt, non sunt magna. Non est bestia quasi leo, ut uno morbo guttatur frangat; sed bestiae plerunque minutæ multæ necant. Si proiiciatur quisquā in locum pulicibus plenum, nunquid non moritur ibi? Non sunt quidem maiores, sed infirma est natura humana, quia etiam minutissimis bestiis interimi potest. Sic & modica peccata attendite, quia modica sunt, & caute quia plura sunt. Quā minutissima sunt grana arenæ! Si arena amplius in nauim mittatur, mergit illam ut pereat. Quā minute sunt gutte pluviae! Nonne flumina implent, & domos deiciunt? Ergo ista nolite contemnere.] Bernardus autem sic inquit: Non solum grauia, sed & levia cauenda sunt peccata. Multa enim levia vnum grande efficiunt; sicut solent de paruis & minimis guttis immensa flumina crescere.] Idem & eisdem verbis asserit Hugo Victorinus, & Beatus Isidorus, ex quo duo priores defumperunt. Quorum Patrum non credimus sufficere sententiam, quod plura levia peccata in vnum lethale aliquando coalescant. Certum est enim quod illa, quorum malitia non continuatur, nec una quasi ex pluribus collecta constituitur, nunquam aut præcyptra Dei grauiter frangunt, aut gratiam & charitatem disperidunt, aut in Dei inimicitiam incurront. Sed sensus eorum & verissimus est, quod multa levia peccata sine vlo proferint timore commissa, gravant imperfæctam & miseram animam, & in ea fortitudinis murum aperiunt, ut irruente per gravem tentationem hostem expugnatam ad se pelliciat, & in graue aliquod peccatum disturbent. Sunt enim ita peccata quasi puluis in oculos iniectus, qui eos principio obnubilat, & deinde penitus cæcat. Sunt sicut lēminatores discordie, qui affectuum rempublicam turbant, & animam totam inquietant. Sunt imbræ, qui non quidem charitatem extinguit, ut robur eius, & feruorem consipiant. Sunt ægitudines, quæ mentem debilitant. Sunt fœtores, qui spiritum Dei contristant, & à bono nos eius familiaritatis auerunt. Quis autem non videat, animam cæcam, ac perturbatam, infirmam, & gelidam, & ab amplexibus sui creatoris avulsam, periculo cadendi in aliquid grauius, esse vehementer expostam? Radix quidem spinæ, seu rhamni, tenebra, & blanda est, at spinæ ex illa progrediens, satis aspera, atque cruenta: sic peccata levia per se ipsa non multum vulnerant, quia charitatem non defraudent, sed sunt veluti radices spinæ, id est, grauioris peccati, quod potens est corda transfigere, & à vita gratia separare. Qui ergo timet Deum, ut ait Salomon, nihil negligit,] sed maiora peccata ut maiora fugier, & minora, ut semina maiorum vitabit. Tenerarium enim est, vnum pedem hostis intra domum admittere, qui post vnum, alterum ponet, & miserum habitatorem ex ea cum iniuria repellit. Ita diabolus solet à paruis incipere, & ad maiora procedere, & postquam ab anima timorem leuiorum peccatorum depulit, metum etiam grauiorum ablegare.

August.
lib. de do-
cem chor
dis. c. 11.

Bern.lib.
medita-
tio. c. 43.

Hugo. 3.
de anima
c. 27.
Isidorus
s. sent. c.
18.

Eccles. 7.
19.

A | Peccata venialia fugienda esse propter
damna, quæ innehunt.

C A P. II.

P E V I A ista peccata, quibuscum sicut calamo pugnamus, vnam vita perfecione pugnaremus, non tantum hoc malum, quod iam expressimus, sati per se magnum, & tremendum inferunt, sed alia etiam mala, & animæ damna non contemnenda secum inuolunt. Quorum odium æquum est profectò ut nos ab illis retrahat, & curam vita emanationis, & perfectioris, vel nobis quoque oscitantibus & incuriosis intrudat. Si enim non solam mortem corporis, & ea, quæ mortem important, sed quæcumque etiam aduersa corpori fugimus; cur solam mortem animæ, & quæ ad illam disponunt, & non quoque alia quæcumque mala fugiamus? Maximè quod ista mala, seu damna leuiorum peccatorum, non levia sunt, sed magni momentū, ut ex ipsius declaratis manifestum het. Ea vero Laurentius Iustinianus hac oratione recenset. Porro licet veniale delictum se perpetrante æterna mortis nequam faciat reum, maculat nihilominus animam, feruorem charitatis minuit, potentiam animæ in bonis operibus debilitat, retardat à gloria, & sapientiam peccati mortalis occasio.] Ista quinque mala peccatorum leuium consideremus, & ea deinceps diligenter virabimus, & multò magis quam huc usque timebimus.

D | Peccatum igitur veniale maculat animam, quod etiam sanctus Gregorius confessus est. Vitam animæ, inquit, qualibet culpa polluit; seruatus vero contra proximum dolor occidit. Sed quantum poluat quis explicare sufficiet? Nam si, ut dixit Nazianenus, splendidæ vestiæ luculentiores sunt fordes, animæ secundum suam naturam purissimæ, & secundum substantiam incorporeæ, fœderæ erunt fordes, qua illam conspurcant, & gratia nitorem inficiunt. Tales quidem sunt quas Dominus ipse propriis voluit in nobis suis lauare manibus, & hinc ipsa purissima humanitas abstergere. Hoc enim significauit cum lotis discipulorum pedibus asseruit: Qui lotus est non indiget, nisi ut pedes lauet, sed est mundus totus.] Erant quippe illi mundi, quod ad grauia peccata attinet, ut interpretari sunt Augustinus & Beda, sed in pedibus habebant fordes, quæ oportebat Salvatoris ablutione mundari. Non sunt autem parvi pendendæ fordes, quas Christus per se ipsum lauat, & discipulis suis inesse non patitur. Sed fordes istas, ac maculas istas, magnas esse ex vilitate rerum, ex quarum contactu contrahuntur, intellige. Nam quo res vilior est, & impurior, eo amplius manum eam tangenter polluit, & fœdiorem oblecturatem inducit: ut res temporales infra nos polita viles admodum sunt, quæ animam Dei causa creatam incisere habent, si eas voluerit affectuum & desideriorum inordinatione contingere. Denique Augustinus venialiter peccantes non tam puluere aspergi, quam in mundissimo luto obliniri aurumar: & polcea cum scabies eadem peccata conferre non timet. Quæ quamvis singula, inquit, non lethali vulnera feriant, sicut homicidium, & cetera huismodi, tamen omnia simul congregata, velut scabies, quo plura sunt, necant, & nostrum decus ita exterminant, ut ab illius sponsi specioli forma præ filiis hominum, castissimis amplexibus separent, nisi medi-

Infin. de
gradibus
perfec. c.
1.

Greg. 10.
Moral. c.
11.

Nazian.

in illud

Matt. 19.

Cum cō-
sūmasset
Ioseph, ho-
mil. 7.

Iohann. 13.
10.

Adq. 1st.
trat. in
Ioh. Be-
da ibid.

August.
lib. 50.
hom. 50.
c. 3.

camento